Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nis actum sic sese Jure habentibus, quan-
to magis pluribus talibus & alienatio-
nis inter Viuos + extraneas familias &
successionibus Varijs etiam ad foeminas
& foeminarum descendentes atq; etiam
ad clericos concurrentibus actibus, præ-
sentia hæc feuda pro alienabilibus & ad
omnes hæredes Vna cum ipso Baronatu
transitorijs habenda sunt.

+ in alias

Cum itaq; ex supra deductis Irrefragabili-
ter constet feuda hæc ab Anno 1370.
absq; Domini consensu alienata, & con-
sequenter alienabilia fuisse, stat certe
fortis Juris præsumptio, eadem feuda
retro quoq; talia fuisse. argo. L. non est
necesse. ff. de probat. & L. ex persona
Vbi Bald: C. de probat L. hi qui C.
ad L. Jul: de Adult. in specie Brun:
4. cons. 137. col. 10. Vers. Nam ex
his actibus & cons. 127. col. 7. ad
fin: & col. 13. Vers: Quod si decimam
per Bald. cons. 446. Incip. Villas. Vol. 1.
scribentem, si dubitetur, quæ sint ac
fuerint, tempore Emptionis castri cum
pertinentijs istæ pertinentiæ tunc ex
præsenti præsumi in præteritum, quia
posterior qualitas possessoria declaret
quid à principio fuerit actum, & per
Castr: cons. 163. col. 3. in antiquis qui

scripsit